

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius Hoc Tempore Decanus Coeterique Doctores Et Professores Collegii Medici In Academia Rostochiensi S.P.D. Omnibus Lecturis : [P.P. 1. Ianuar. an. 21. sub sigillo officii nostri]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729701808>

Druck Freier  Zugang



Programm

RU med. 1621.

Jacob Fabricius



JACOBUS

FABRICIUS

HOC TEMPORE

DECANUS

COETERIQUE DOCTORES

ET PROFESSORES

COLLEGII MEDICI

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

S. P. D.

OMNIBUS LECTURIS;



1677

ROSTOCHI

Typis exscript Joachimus Pedanus,

ANNO MD. C. XXI.



**C**ircūspiciunt, & in illa, quæ complexu suo coerces Mundus, oculorum obtutus versanti occurrunt plurima, admiratione maxumâ, & prolixarum laudū numeris meritissimè digna, ut nō sine causâ ambigere quis habeat, quænam istorum nobilissima, quænam dicenda sint optima? Coelum si intueamur, in quo tot lucidissima sidera, & phœbej luminis æmulæ stellæ, cum Psalte altissimâ voce ingeminare cogimur; Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus adnūnciat firmamentum. Non aliter in terram descedentes visum, innumeras spectamus herbas, variegatosq; & inter se jucundissimè certantes flores, & fructus omnigenos, qui creatoris sui immensam potentiam, & ineffabilem sapientiam cumulatissimè ostendunt & demonstrant: ne quid de animalibus humi sublimive degentibus eorumq; diversissimâ indole subjiciã.

Inter verò ista omnia principatum obtinere videtur, & reverâ divino jussu obtinet, **H O M O**. Etenim si ad primam Mundi fabricam recurramus, non multum in cœterarum rerum creatione summus, cœli soliq; opifex laboravit, sed dixit tantum: Fiat firmamentum cœli & factum est: item fiat Sol & Luna, atq; alia sidera, & omnia facta sunt: verum dum **H O M I N E M** effingere voluit, Faciamus eum, dixit, ad similitudinem & imaginem nostram; atq; illo facto tanquam in absolutissimo opere adquevit, ut ostenderet hominem nobiliorem, esse reliquis omnibus. Et certè illo nihil præstantius, nihil perfectius, nihil admirabilius, à Deo conditum, si figuram consideres, siue temperamentum, siue partium corporis *supra* & elegantissimam proportionem, ut

propterea *Ζῆυμα ζωμάτων* animal adorandum & vene-  
randum à sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus rectissi-  
mè adpellatus fuerit, ipseque adeo vetustissimus Zoroa-  
ster stupendam illius structuram diu contemplatus tan-  
dem exclamarit: *ὦ ἄνθρωπε πληρωτάτης τῆς φύσεως ἄλλ-*  
*ως*: Pythagoras rerum cunctarum mensuram; alius ho-  
minem potestate esse omnia pronuntiavit, fortassis quod  
sefe Prothei cujusdam aut Chamæleontis more subito  
nonnunquam & faciliè in quidvis transformare valeat.

Ex tot porro & tantis mysterijs, quæ in homine &  
ejus constructione observantur, præcipuum & admira-  
bile valde est, quod mentem nostram plurimarum disci-  
plinarum capacem esse cernamus: hinc alijs datum est  
texere, alijs suere, alijs arare, alijs equos domare, alijs  
domos exstruere, alijs tingere, alijs pingere, alijs scribe-  
re, alijs intelligere, alijs utrumque, alijs denique multa hæc,  
& alia ex istis, & id genus sexcenta; nec tamen uni si-  
mul omnia. Insuper non vacat miraculo, quod Deus  
ter opt. ter maximus Naturam nostram à suâ non nisi per  
immortalitatem diversam esse voluit; atque hinc cum ipso  
artissimâ quadam societate jungimur: Indulsi namque  
nobis & futura præfagire, ex Astrorum posita, ex Mor-  
borum crisiibus: concessit & noscere abditissima Natu-  
ræ arcana: itidem revelavit, in quibus liceat vitam no-  
stram ab externis & internis morbificarum causarum in-  
jurijs defendere, beneficio Artis, quam Medicinam  
nuncupamus, quæ qualis sit, ejus attestatur origo. A  
coelo namque deportatam esse fatentur omnes, sive Ebræos  
sequaris, sive Græcos: Et illi primum humani generis pa-  
rentem Adamum eam sapientiam divino lumine adeptum  
adserunt: hi Apollinem ab hominum Deorumque parente  
Jove istam in mortalium emolumentum & salutem susce-  
pisse tradiderunt, ac certatim in commentarios redegerunt.

Quandoquidem vero magni istius Mundi idæam re-  
ferat.

ferat Homo ( unde *μικροκόσμος* nomine appellatur ) fit etiam ut in se veluti compendio quodam omnibus istis, quæ universus hic mundus, amplissimo suo sinu cohibet, non parum similia continere animadvertatur, ut ideò qui se ipsum norit, omnia norit, quum secum rerum cunctarum gerat simulacrū. Ad quod etiā alludens Delphicum oraculum respondisse, fertur *γινώσκει οὐρανόν*, ut cognitionem sui ipsius & excellentissimam & difficilissimam indicaret; quā tamen ex artificiosa corporum refectione seu Anatomia discere, non ita arduum arbitramur.

Atq; idcirco veteris ævi homines sui ipsius *γινώσκοντες* amore inductos, in ipso quoq; armorum strepitu & claficis tumultibus Anatomiam exercuisse historia nos docent. Notum est quantā cum curā & assiduitate, præeunte Aristotele, animalium naturas & partes didicerit. Alexander Magnus, ne in chartæ hujus angustia plura id genus arcessam exempla. Certè Galenus sibi gloriæ ducit, quod sub Antonini Imperator Romæ, in frequentissimo cœtu Patriorum virorum, Anatomiam administravit. Et optandum, ut etiamnum hodie nobis studium illud perinde commendatum esset, quemadmodum à Majoribus institutum, forsassis reliqua Medicinæ exercitatio non ita manca foret, ac apud non paucos infelix. Istius enim genuina peritiam incernorum tum adfectuum, tum potissimum locorum adfectuum notitiam nobis præstat, sicuti proluxe Gal. 1. de loc. adf. c. 1. & penult. & 3. ejusdem operis c. 10. ostendit: Illa partes omnes corporis, figuramq; ac situm maximè sub oculos positum nobis monstrat, quasi provinciam, aut civitatem quandam, à quâ propullandum longè lateq; bellum, & introducenda ac conservanda pax sit: aut quasi materiam, undè sicut ex lapidibus, lignis, lateribus, cœmento domus, ita constituta & constructa constare sanitas soleat. Quin si nullam penitus utilitatem suppeditet medicam, Naturæ tam è hoc

maxu-

maximè pacto secreta rimamur; summiq; illius Architec-  
tæ majestatem in his perspectam veluti manu tangimus, & ar-  
tificium notamus, quod jure decantemus. Naturæ nusquam  
feriantis; omniaq; ad usum semper aliquè conferentis. Atq;  
isthinc proculdubio veritatem hanc antiquitus prænoscens  
divinissimus Hippocrates lib. de flatibus scripsit, unam esse  
morborum speciem ac causam, morborumq; locum morbo-  
rum differentiam facere: nimirum ex locorū diversitate mor-  
bi inter se nihil simile habere videntur, ut appareat Medi-  
cum sine locorum cognitione, ac proinde sine facultate Ana-  
tomica nihil stabilis consequi posse. Qualem doctrinæ hu-  
jus necessitatē non obscure Plato lib. 4. de Legibus indicavit,  
Medico in principio morbi naturam perquirendam docens.  
Atqui Morbi natura determinata, hoc est, recessus à naturali  
statu citra cognitionem naturalis status; citraq; cognitionē  
partium corporis animalis percipi nequit, ut vel hinc liqueat  
pertinere ad Medicum in primis humanæ Oeconomix statū  
naturalem accuratè scire. Erit itaq; ANATOMIA veluti fun-  
damentum & basis, cui totum negotiū medicum solidissimè  
incumbit, quod nisi quis fideliter jecerit, quidquid superstru-  
xerit, facile corruet. Laudandus idèò prisci istius seculi inde-  
fessus labor, quem non tantum alibi, sed & in Anatomicis, in-  
quirendæ & custodiendæ hominis naturæ ergò, fructuosissimè  
posuerūt, ut quantum vel cōdonandū, vel abstinendū à reb; cir-  
ca corpus sustentandū necessarijs exacte addiscerēt. Et quā-  
vis reperiantur; qui Hippocratem sectionis Anatomicæ pa-  
rum gnarum fuisse scribant, eos tamen vehementer ablucina-  
ri ipsamet illius, quæ existant, ostendunt opera, in quibus co-  
rum, quæ ad Artis usum spectant, præterijt nihil, usq; ad eò ut  
vasta Galeni maria in angustis ejus alveo comprehendan-  
tur. Ac ut rei, quam dixi, unum duntaxat promam exemplū;  
omnes ille, quæ in praxi subindè incidūtur, novit venas; frō-  
tis quidem aph. 68. sect. 5; linguæ lib. 3. de morbis; sect. 1. 6.  
Epidem. uti & lib. de ossium naturā, in lumborum & testium



Dolore item nephritide, pōplitis ac mallēoli secandam iussit:  
L. de vict. rat. in ac. Basilicam quam internam vocat, in pleu-  
ritide aperit: Humerariæ lib. de off. nat. meminit: qualia sine  
Anatomie scientiâ novisse non poterat: Et fortassis, quæ de  
secandi arte conscripsit, cum tantâ bonorum autorum strage  
perierunt, aut temporum injuria ad nos pervenire non passa  
fuit. In Galeno reprehendunt, quod simias, & reliqua, quæ  
non procul ab humanâ figurâ abesse videri poterant, anima-  
lia dissecuerit, quasi in ipso Medicinæ limine errasset, qui fun-  
di Medici certissimū fundamentum tam negligenter habue-  
rit. Sed aliud omninò quiddam fuit, & vel naturæ instituto  
prorsus ab hominis destructione abhorruit, quod & obser-  
vavimus plures viros doctos & non imi subsellij Archiatros  
fecisse; vel & aliandè eandem utilitatem sese habiturum ex-  
istimavit. Aristoteles quoq; aperte professus, humana visce-  
ra, partesq; sub cute latentes non sine animi molestiâ tractari  
posse, petendam interaneorum hominis omnium scientiam  
ex aliorum animalium, quæ similitudine quadam respon-  
dent, dissectione docuit. Plinius insuper humana extra aspici  
nefas haberi testatus, acriterq; ac pluribus in hæc invecus,  
quod ipse quoq; tam insignis alioqui naturæ universæ inda-  
gator, ab ijs abstinuerit, ostensum voluit. Quæ si vit itaq; Ga-  
lenus in dissectionibus similia hominis potius, quam homi-  
nis cadavera (quæ sine dubio, nisi aliter ipsi fuisset visum, Ro-  
mæ sub Imperatoribus, quibus acceptissimus vixit, perquam  
facile Anatomie impetrasset) istoq; pacto didicit, & ad po-  
steros continuatâ multorum annorum serie transmisit omnia  
illa, quæ ad Artis indeptionem ejusq; exercendæ comodita-  
tem requiruntur. Et licet quædam in Anatomicis à Moder-  
nis inventa illum fugerint, ista tamē, cujusmodi demum sint,  
nunquam cursum Medici institutum remorabuntur. Quod  
ut exemplo adumbrem, os sacrum in homine pluribus, pe-  
ctoris autem minoribus, quàm Gal. descriptum reliquit, con-  
stitutum compagibus, invenitur. Neq; tamen propterea de-

sciscen-

6  
discendum nobis ab Arte medicâ, aut Mèdendi methodo à Gal. traditâ; quin imò quidquid his partib. obveniet morbi, eandem subibit curandi rationem: nec ex quo ista nobis innotuerunt, quidquâ mutatum fuit illorū, quibus ad hæc olim rectè veteres usi fuerunt: Nihil arti accedet detrimenti, si paulo aliter aliquando officula committantur, aut non tot in homine, quot in simijs aut canibus alicubi in corpore, aut contra numerentur: nihil in curando innovabit venarum aut arteriarum paulo secus in homine, quàm alijs animantib. notatus processus: nō indè, ut quod sentio scribam, Medicinæ Republica ullâ ex parte periclitabitur, siue minutia istæ sciâtur, siue ignorètur. Maximè ergo insignia, maximeq; necessaria, Galeni exèplo, & spectanda & discenda sunt, qualia & Arti confertur, & aliorū à posteritate, nō tam utilitatis Medicæ, quàm diligentia ostendendæ causâ, adeoq; extra manifestum Artis medicæ usum, inventorum specimina esse queunt. Singula namq; ad minimas usq; partes dissecta, quorsum perscrutari liceat: satis profectò videbitur, ad diligentem rerum naturæ inquisitionem, externas internasq; animalium differentias notatu dignas considerasse: ad usum verò medicum, cum aliâ quædam animalia, tum simias in primis, quod hæc iisdem ferè, quibus homo ipse, moribus præditæ videantur, dissecauisse: in quo rectissimè versatum fuisse Galenum, notius est, quàm ut pluribus probari postulet.

Quod dum adsevero, non ego Alexandrinæ istius hæreseos, quæ omnem humani cadaveris sectionem crudelem atq; impiam, & horrendi facinoris plenam statuisse visa est, particeps reddi; sed tantum veteres istos, Artis nostræ heroes, à recentiorum calumnijs vindicare, & ostendere volo, ijs, eorūq; sequacibus, licet ad humani Cadaveris sectionem non ascenderint, æquè facile fuisse morbum curare, partium situ ex simijs, alijsve animalibus artificiosè solutis cognito, quàm hodiè esse potest illis, qui in homine semper Anatomem exercendam fastidiosè contendunt: quin eandem operis Medici felicitatem, quotquot veterum istorum vestigijs rectissimè insistant, adsequi posse nequaquam dubitabo: interea nihilofecius, quia in plerisq; Europæ. Academijs mos iste disseccandorum mortuorum, Pontificum & Imj

& Imperatorum decretis ac indultibus stabilitus viget, istam occasionem non esse negligendam, cum alijs non paucis statuo, & ne quispiam Academicorum, cuiuscunq; sese manciparit Facultati, eam quoties aperitur negligat, omnes & singulos amicè hortor & moneo, ut discant cum Psalte, quàm mirabiliter sint formati, in inferioribus terræ, hoc est matris utero. Vanus etiam audirem, si ipse contra ista, quæ omnium adplausu ubiq; locorum in hoc negotio recepta sunt, ac quotidie diligentia, longe quàm antea actis ætatibus multis, majore peraguntur, scribere intenderem; quin nec ego is sum, qui reprehendam libenter, sed potius quæ laudem & admirer tam veteris quàm hodierni ævi inventa, etiam popularem ad rationem populariter dicta aut facta, nempe tam benignus in me ipse & alios, quàm alios erga me esse cupiam. Quod si contra, atq; ego sentio, docti judicaverint, non equidem renuo, quin quantum lima eorum detraxerit, tantundem de auctoritate sententiæ meæ quoq; decedat.

Cæterum quom & nobiscum hætenus non indiligenter studium frequentatum sit Anatomicum, ac denuò post dies aliquot illud solemniter repetere ac administrare velimus, subjectum famineum ex Jurisdictione suâ Collegio Medico ad sectionem clementis, elargiente Reverendiss. Episcopæ Suerinensis Administratore, ac Academ. hujus Cancellario Magnificentiss. publicitus hoc omnibus Lycei nostri incolis, alijsq; hujus exercitij, & interaneorum hominis noscendorum amore flagrantibus indicandum cœsuimus, ut tempestivè nos accedere, & tesseram, quæ illi tanquam veri spectatores ab adulterinis dignosci valeant, sibi legitimè comparare possint. Dabimus operam sedulò, ut neminem unquam pænitere queat jacturæ vel tempotis, vel factarum impensarum, si jacturæ vel impensarum nomine dici debeat, sese ad illa convertere & discere, quæ rebus communib. non parum adferunt utilitatis, cujus eadem, quæ honestatis regula esse solet. Faxit Deus, ut in hodiernâ rerum cunctarum perturbacione, & bellorum calamitate, passim in Germaniâ gliscente, pericula omnia, quæ residere atq; inclusa penitus videntur venis & arterijs Christianæ Reipublicæ, immensâ suâ bonitate vel avertantur omnino, vel saltem mitigentur; deniq; ut & schola hæc nostra, veræ pietatis, virtutum, & quæ harum magistræ sunt, disciplinarum liberalium officina maneat, nosq; docentes pariter & discentes, quæ sunt muneris nostri exsequamur diligenter, ac tandem mortalitate hac exsuti, æternæ vitæ hæreditate, in quem spe anhelante meritò suspicimus, dignemur, propter Christum Dominum nostrum, cui sit laus & honos in omnem seculorum æternitatem. P. P. 1. Januar. an. 21. sub sigillo officij nostri.

ca  
am  
eo,  
us  
ta,  
na-  
ra-  
am  
di-  
er-  
ve-  
an-  
  
um  
fo-  
ex  
nte  
jus  
stri  
en-  
nos  
inis  
am  
vel  
eat,  
um  
axit  
um  
de-  
bl-  
en-  
ha-  
sq;  
nut  
are,  
hri-  
um



sciendum nobis ab Arte medicā, aut Mēde  
 Gal. traditā; quin imò quidquid his partib. o  
 eandem subibit curandi rationem: nec ex qu  
 notuerunt, quidquā mutatum fuit illorū, quib  
 rectē veteres usi fuerunt: Nihil arti accedet det  
 lo aliter aliquando ossicula committantur, au  
 mine, quot in simijs aut canibus alicubi in corp  
 numerentur: nihil in curando innovabit ven  
 narum paulo secus in homine, quā alijs anin  
 processus: nō indē, ut quod sentio scribam, Me  
 blica ullā ex parte periclitabitur, siue minutia i  
 ignorētur. Maxime ergo insignia, maximeq; n  
 ni exēplo, & spectanda & discenda sunt, qual  
 runt, & aliorū à posteritate, nō tam utilitatis M  
 ligentiā ostendendā causā, a deoq; extra ma  
 medicæ usum, inventorum specimina esse qu  
 namq; ad minimas usq; partes dissecta, quor  
 liceat: satis profectō videbitur, ad diligentem  
 inquisitionem, externas internasq; animalit  
 notatu dignas considerasse: ad usum verò me  
 quædam animalia, tum simias in primis, quod  
 quibus homo ipse, moribus præditæ videan  
 in quo rectissimè versatum fuisse Galenum, n  
 ut pluribus probari postulet.

Quod dum adsevero, non ego Alexandrinæ ist  
 omnem humani cadaveris sectionem crudelem atq  
 tendi facinoris plenam statuisse visa est, particeps  
 veteres istos, Artis nostræ heros, à recentiorum cel  
 & ostendere volo, ijs, eorūq; sequacibus, licet ad hui  
 ctionem non ascenderint, æquē facile fuisse morbu  
 situ ex simijs, alijsve animalibus artificiosè solutis  
 hodie esse potest illis, qui in homine semper Anato  
 fastidiosè contendunt: quin eandem operis Med  
 quotquot veterum istorum vestigijs rectissimè in  
 posse nequaquam dubitabo: intereā nihilofecius  
 Europæ Academijs mos iste disseccandorum mortu

